

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

15. Abrahamvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

superba homines innocentes & pii
premerentur.

15. ABRAHAMVS.

Abrahamus e patria Chaldaea, vocatu Dei, in oras ignotus proficiscitur, & ex idololatra pater fit creditum: cui Deus inter multas exiliorum ærumnas aliquoties promissionem repetit, de ipsius videlicet semine eum proditurum, in quo sint benedicendi omnes populi terrarum: ad quam confirmandam, terra illi Chanaanæ promittitur, non ut sedes firma & perpetua, sed ut hospitium Christi nascituri: foedus quoque circumcisionis cum eo sancitur, non ut iustitia coram Deo, sed ut iustitiæ fidei signaculum. Vxo-rem habet annis & sterilitate emortuam; & ipse decrepitus, filium ex ea miraculose editum iubetur occidere; & Dei mandato obtemperasset.

set, nisi fuisset ab Angelo prohibitus. In Chananæa, excepto sepulchro in-
qvilino, nihil proprium possidet:
tamen sub spe contra spem credit,
& quæ non videt, statuit præsentia,
Deumque veracem esse & omnipo-
tentem sibi certissime persuadet. Ser-
vatur a Deo inter Chaldæos, Mesopo-
tamios, Chananæos, Palæstinos &
Ægyptios: Angelos vitæ custodes, &
mensæ suæ convivas habet: Reges
Babylonis, Assyriæ, Persiæ & Ciliciæ,
ad alterum Jordanis fontem cum
manu servorum exigua spoliat: po-
pulo Sodomæo libertatem, fortunas,
patriam restituit: parta de hostibus
victoria, bonorum suorum decimas
liberaliter offert, & lætitia gratulan-
tis sibi regis & sacerdotis triumphat.
Discedentibus a se duobus Angelis
convivis, cum Dei filio loquitur,
eique pro urbibus perdendis sexies
supplicat: homo Dei quasi intimus,
e 3 pater

pater magnus plurimarum gentium, vir ante alios omnes gloria insigni præstans: gestivit videre adventum Messiae; fide vidit, & spe sua lætatus est. A duobus filiis in Hebronæ, anno ætatis centesimo septuagesimo quinto, cum honore sepelitur. Filios Abrahamæ Scriptura usque ad finem mundi eos nominat, qui Dei promissionibus credunt.

16.

SARA.

Sara uxor Abrahami, patria dulci & propinquis optatissimis relictis, virum sponte in exilium sequitur: propter eximiam formam bis rapta, semel in Ægypto, iterum in Palæstina: deducta in regia gynæcea, Deo custode, salva pudicitia restituitur. Ancillam propter spem promissionis marito despondet, prolis causa: sed eam suscepto filio superbientem, domo exigit. Ipsa tandem præter natu-

naturam
vaticini
non fuit
no ætat
tronar
xus fuit
riti ob
num f
omni
Paulo
sua ty
plum
tur, ne
tu pla
te, h
anno
prim
norifi
17.
Lo
pos,
mi o